



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Margarita Evangelica**

**Essche, Nicolas van**

**Coloniae, 1545**

Vnio cordis breuior pro occupatis. 33

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](#)

## MARGARITAE EVANG.

crucifixam imaginem tuam, & includens ac abscondens me in intimis tuis, in quæ tam profunde immergas me & absorbeas, ut meipius & omnium rerum obliuiscar, liber ab omnibus in simis rebus permaneā, in amorosis amplexibus tuis suauiter requiescam, internam & externam operationem tuam sustineam. Et dona mihi ut nunquam inde me, vel in prosperis, vel in aduersis extrouerter. Quod ut melius possum, meibi alliges, quæso fortissimo vinculo amoris illius, qui tres personas in unitate diuinæ essentiae colligavit, tecum in humanitate assumpta fortiter vinxit ad patiendum pro salute nostra. Praeterea itaque orationes memorie sunt commendanda, & saepius exercenda, ut sic iugiter in nobis permaneant, & nos cum Christi diuinitate simul ac humanitate, perpetua adhaesione uniti simus, siveque in intimis domini nostri Iesu Christi commoremur, in quibus nimirum omnis vita & passio illius nobis clarus relucet: per quæ liber ille melius intelligitur, & ad quæ omnis libri huius doctrina tendit atque finitur.

Vnio cordis breuior pro his, qui alijs occupati diu vacare non possunt.

Cap. XXXIII.

**V**NUS OMNINO NECESSARIUM EST, QUOD EST ABSTRACTIO. VERBI GRATIA: QUANDO DILIGENTIAM SUAM IN EXTERIORIBUS NEGOCIIS ALIQS IMPENDIT, TUNC INDE COR SUUM AUERTERE, OMNIA IN DEUM PROJERCERE, & PATERNAM EIJUS PRUDENTER SINE SOLlicitudine vel perturbatiōē cōmittere, nec quicquam amplius inde cogitare debet; sed cum dulci



## LIBER III.

Dulci corde adorare dominum Deum suum in  
spiritu suo præsentem. Nunquam enim pacem ve-  
ram obtinere quis poterit, donec eo perueniat,  
vbi ab æterno increatus extitit: hoc est, in Deum  
suum. Quamobrem nec ipse Deus altissimus vo-  
luit, ut nos charissimi filii eius ipsum fidelissimum  
patrem nostrum longius quereremus, sed nos ad  
imaginem suam fecit, secumq; vniuit, ut ipsum  
in spiritu nostro præsentem semper inuenire &  
adorare, omnes ei necessitates nostras in omni lo-  
co aperire, & quicquid ad gloriam eius & salu-  
tem nostram facere tenemur, adimplere & perfic-  
tere possimus. Ideoque frequenter, mane præser-  
tim & vesperi, modo sequenti cum Deo nos v-  
nire debemus: in Deo proinde sicut & ipse in no-  
bis pacem habituri. O benedicte Deus, si quid  
benefeci, de hoc tibi soli sit omnis laus & glo-  
ria. Quæ vero male egi, cuncta mihi clementer  
ignoscas, & inde faciem tuam auertas, obsecro.  
Ecce enim dulcissime Deus meus, amicus tuus  
& non inimicus esse desidero. Vbi ergo es suavis  
sime domine Deus meus? Nimirum præsens semper in  
spiritu meo, & es vita animæ meæ, mecumq; per-  
enniter vis pmanere. O benedicte Deus ab æter-  
no in te increatus extiti, iam vero te ipsum mecum  
vniisti. Rogo proinde bonitatē tuā, trahe me to-  
tum in te cū spiritu, anima & corpore: idq; p te,  
id est, p merita humani gaudiosi spiritus tui, san-  
ctæ ac dolorosæ animæ tuæ, & sacri vulnerati  
corporis tui: et propter te, ad tuam videlicet glo-  
riæ in meo spiritu, tuum honorē in mea anima,  
& tuas delicias in meo corpore. Sicq; te ipsum ad  
te ipsum in me quoties tibi placuerit, in venera-  
bili sacramento suscipias, mutas meipm totaliter  
in te,

## MARGARITAE EVANG.

In te, faciensque me hominem secundum cor  
um, prout hoc, licet indignissimus sim, ex intimo  
cordis mei desidero & concupisco. Denique pri  
meritum humani gaudiosi spiritus tui, fancia  
ac dolorosæ animæ tuæ, & sacri vulnerati cor  
poris tui dimitte mihi omnia delicta mea, & te  
olue quicque proinde sustinere merui & hic &  
in futuro. Sacris quoque virtutibus tuis me ex  
orna, tamque me purum ac idoneum effice, vi  
benedictam diuinitatem tuam iugiter in me ma  
nere, teque ipsum in venerabili iacramento in  
tra me suscipere delectet, faciasque me eius amo  
re languere. Et hoc pro qualicunque gratitudi  
ne, quod me creare, redimere ac teipso refici  
dignatus es. Porro, cum me ipso charius aliqui  
dare non possim, me ipsum totum offero ac refe  
gno immensæ bonitati tuæ, ut eternam tuam  
cum seruare possis, quæ profecto adeo bona est,  
ut quisquis eam percepit, satis abunde prosp  
retur, a peccatis & scâdalîs præseruetur, & aet  
erna felicitate dotetur.

Qualiter sepius orare per diem debeamus,  
vt Deus in nobis pacem & gaudium ha  
bere possit. Cap. XXXIII,

**C**redo in Deum. O benedicte Deus, credo  
re toto corde desidero, quicquid me credo  
re vis. Credo quod intra me & sis & ma  
nere velis. Ideoque & humiliter oro, vt per gra  
tiam tuam iugiter in me permaneas, quatenus  
pacem & gaudium in me habere possis, & di  
uinitatem tuam in me velut in ihu  
no suo per merita sanctissimæ humanitatis tuae  
habitare delectet. Et quia intra me es, vita ex  
sco.

